



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

De Donatione Solenni, Qva Comes Megenhardvs Ecclesiam &
monasterium ordini tradidit, coram Adelberto archiepiscopo Moguntinensi.

urn:nbn:de:0128-1-17336

DE DONATIONE SOLENNI, QVA COMES MEGENHARDVS ECCLIAM & monasterium ordini tradidit, coram Adelberto archiepiscopo Moguntinensi.

POST hac illustis comes Megenhardus, vt in litutio monachoru & ordinis diui patris Benedicti, quam pro Dei amore in hoc loco fecerat, autoritate sumeret firmitatem, Adelbertum archiepiscopum Moguntinum vna cum fratre comite Rudolpho adijt, & coram eo in ecclesia Moguntina, multis presentibus, ecclesiam hanc coram altari S. Martini, cum omni iure & iustitia quam habuerat ad eam, in manus ipsius archiepiscopi resignauit, sub tali videlicet conditione, vt monachi cunctis diebus seculi, omnipotenti Deo seruata in ea, sub abbate & regula sancti patris Benedicti, sicut patet in literis confirmationis eiusdem archiepiscopi, quas desuper dedit, & ita sonant.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis: Ego Adelbertus Dei misericordia huius sancte Moguntine ecclesie archiepiscopus, & apostolice sedis legatus, notu esse cupimus omnibus tam future quam presentis aetatis fidelibus, quomodo Dominus Megenhardus de Sponheim, & uxor eius Machthild, comes Rudolphus & uxor eius Reggat, diuine inspirationis instinctu, spontanei ad altare sancti Martini accesserunt, & pro se, suorumq; incoluntate, & ob spem eterne retributionis, ecclesiam in Sponheim cum omni proprietate & iustitia, quam eam hereditario iure, & in illam diem possederant, pia deuotione ecclesie Moguntine in perpetua proprietatem contulerunt: sub hac scilicet conditione, vt monachi secundum regulam S. Benedicti ibidem constituerentur, per quos iuges Deo laudes & pro ipsis supplicationes in eadem ecclesia frequentarentur. Hec autem sunt beneficia & pradia ad predictam ecclesiam pertinentia: Decima eiusdem ville & familia & dominicali terra, in agris, vineis, hortis, pratis, pascuis, syluis, cultis, incultis, colendis, uis & inuis, in Petersheim duo mansi, in Rudersheim tres mansi dominicali terra, & quatuor a colonis possessa & quarta pars, in Hagenheim duo mansi, & duo iugera vinearum, in Dromersheim dimidius mansus, & quatuor vinee, in Mannendal mansus, in Bogenau duo, in Awoen quatuor & quarta pars, in Montzechaarea cum edificis, & XII iugera vinearu, in Wergesbach duo mansi, in Esfelbrunnen VIII maldra tritici, & XVI siliginis, de manso qui uocatur Eberhardi, Hec autem sunt que predictus Megenhardus pro se & eandem ecclesiam pro beneficio tradidit. Nouem mansi in Hufen & in Slirfcheit, cum dominicali terra & sylua quam ibi possederat, in Dalen XL mansi, in agris, arboribus, vineis, pratis & syluis. Addidit etiam predictis bonis presata Domina Riggart pratu unum & hortum oleibus plantatum admodum, cum duobus agris eide prato contiguis. Facta autem a supra nominatis uiris sine omni contradictione, nos eam hanc nostri obligatione firmauimus. Insuper presata ecclesiam eadem libertate, honore & iustitia donauimus, qua & cetera in episcopatu nostro uentur abbatia & monasteris scilicet ut soli episcopum respiciat, & ut fratres Deo ibidem militantes, spirituali patre orbati, inter se alii si tantum idoneum inuenierint eligant. Quod si idonea ad id officij personam inter se non habuerint, libertatem habeat eligendi alii sue uite & institutionis, de quacumq; uoluerint congregatione, intra nostram tamen diocesim. Præterea solutione eiusdem ecclesie, que nos contingebat, rogatu Dominoru iam supra nominatorum in perpetuum eis remisimus: & ut Parochianus presbyter ad abbatem respiceret in hunc modum, uidelicet ut ab ipso beneficia ecclesie, a minori uero proposito aliaris dono inueniretur statum. Hoc etiam utring, edictum uel collatum est, ut senior de cognatione illa aduocatus sit eiusdem ecclesie, quasi nominis & officij sui immemor, ecclesiam uel possessiones eas quibus tutor & conseruator præordinatus est, uersa uice dissipauerit, in nostra uel successoris nostri sit potestate eum corrigere ac ad emendationem cogere. Vt autem hæc omnia rata & inconuulsa sequenti æuo permancant, hanc chartam scripsi & sigillo nostro insigniri fecimus. Huius rei testes affuerunt Buggo Wormaciensis episcopus, Dudo maior prepositus, Richardus prepositus, Volbertus abbas S. Albani, Werenboldus abbas S. Jacobi, Adelhun abbas S. Disipodi, Henricus prepositus S. Victoris, Cuno Decanus de domo, Thuringus magister, Anselmus prepositus, Hartmannus prepositus, Henricus Bingenensis prepositus, Arnoldus prepositus, & alii quamplures, ex clero. De laicis autem, Arnoldus urbis prefectus, comes Gosvinnus, & filius eius Gerardus, & frater eius Emichor, Arnoldus & frater eius Rupertus de Lurenburch, comes Eridericus Bertolfus, & frater eius Sigefridus Henricus de Catzenelenbog, Rorich & frater eius Gerlachus Valtricus, Fulcaldus, & alii quamplures de liberis. De ministerialibus autem, Embricho Vice dominus, Ernest Scultetus, Folbertus & Embricho de Binga, Gerardus Embricho comes, & alij complures. Suscepta est autem donatio per manus aduocati comitis Gozwin. Anno dominice incarnationis MCXXIV. Indictione secunda, regnate Henrico Imperatore huius nominis quarto, Arnoldo urbis prefecto, Ernesto Sculteto. Data per manus Godescalci Capellani, VII idus Iunii.

Facta igitur solenni hac donatione (vt præmittitur) in ecclesia Moguntina per comitem Megenhardum, & monasterio cum omni proprietate, iure & iustitia emancipato, & meræ libertati donato, ea uidelicet libertate qua & cetera in diocesi Moguntina abbatia nostri ordinis gaudent, ipse quam diu uixit aduocatiam omni mansuetudine & bonitate te-

* Richardus

Datio primarius iur.

Nova donatio comitis M & comitis R.

Abbatia hac libertati donatur ab archiepiscopo. De electione noui Abbatis.

Susceptum remittitur de Parochia.

De aduocato huius monasterii.

Testes qui huic donationi interfuerunt.

Clerici.

Laici liberi.

Laici ministri.

STERII HVIPS
em Boggo.
ia in modum crucif
io ad occidentalem ple
quam monachus cruce
is reformauerat, de
Adelbertum archiepi
tum cordis sui imper
imus præfui bonum co
ead consecrationem
tristitiam Boggonem
ice tenuit, loco sui de
inica Quasimodogeni
chiepiscopi Moguntin
teate Maria: tempore
sis in Gallia, cum m
tis & sancti Martini
memoria S. Iohannis
laustri, in honore
u temporis postea

LOCVM ACC
erunt

Indictione secunda
oci fundator in cl
m, ordini sancti
que ad inhabitand
habitare ceperunt, m
tiam, ex imperio Ad
mno prænotato, in qu
erunt sacerdotes, & qu
essum religionis duom
byter, Dieimis presb
byter, Herboldus presb
merfos, Hartungus co
S. Albani prope Mog
nt assumti. Qui cum re
ardo & eius uxor fac
ant. Possessione legit
em elegerant secundum
refati conobi S. Al
venerabilis senex, & p
Adelbero Ceilarius mo
us & prudens, multa hinc

Tritho

Opus
Histor

nuit, nil penitus exigens & in aliquo grauamen inducens, voluit eum locum & habitato-
res eius perpetua pace & libertate gaudere, & nullo cuiusquam seruitio grauari. Et ne forte
aliquis in posterum ex haeredibus suis, qui aduocati nomen gereret, aliquam in rebus mo-
nasterio vel perionis molestiam inferret, literis caeuere studuit, quas Bernhelmo primo ab-
bate postulante, sub tali forma verborum dedit:

Copia pri-
mi, quod
dedit in se
meis Megen-
hardus.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis: ego Megenhardus, Dei gratia comes de Sponheim,
notum esse cupio omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam & futuris: quod cum genitor noster
Stephanus comes de Sponheim ecclesiam suam in Monte campi iuxta villam Sponheim positam in
monasterium erigere statuisset, ac morte praeventus, opere imperfecto, mihi illud perficere committeret.
Ego accedente ad hoc consensu Mechtildis uxoris meae, & fratris mei comitis Rodolphi, pro remedio
anime meae inchoatum a patre opus perfecimus, monachos illud secundum regulam S. Benedicti posui, qui-
bus de victu ex patrimonio meo prouidi, ipsumque locum cum omnibus bonis suis liberum, perceptis in
manus domini mei Adelberti archiepiscopi Moguntinensis, legati apostolicae sedis, tradidi ad altare S.

Qualis de-
beat esse
Aduocatus
huius mo-
nasterij.
Aduocatus
si fuerit ma-
ius potest
deponi.

Martini. Aduocatum vero quamdiu vixero eiusdem monasterij non alium quam meipsum esse volui.
Post mortem vero meam, senior ex filijs meis, qui Dominus fuerit in Creutzenacht, & post eum semper
senior de cognatione mea comes de Sponheim & Dominus de Creutzenacht, aduocatum praefati mona-
sterij gerat. Qui si nominis & officij sui oblitus, bona monasterij vel personas, quibus tutor & defensor
esse debuerat, inuadere, molestare, vel dissipare voluerit, abbas cum fratribus deserat querelam contra
eum ad examen archiepiscopi Moguntini, qui habet eum corrigere & emendare. Quod si tertio ab
archiepiscopo praemonitus non emendauerit, satisfaciens pro damno & iniurijs monasterio factis, potest
statem habeat idem archiepiscopus de consensu ac voluntate abbatis & fratrum, illum amouere, & et
alium dare aduocatum, quem ipsi elegerint. Et hoc totiens faciat, quotiens necessarium abbati & fratri-
bus visum fuerit: semper talem instituens qui potentia & benignitate & tutandi oportunitate magis
idoneus est. Cauet autem aduocatus ne ecclesiam in bonis seu familia aliquando grauet: neque seruitia
vel exactiones aliquas seu precarias exigat, sed omnino liberus conseruet. Ad placitum publicum in ter-
minis monasterij non sedebit, nisi ab abbate fuerit inuitatus. Cum autem inuitatus venerit, sit obser-
uatur, ut & honori eius sit congruum, & pati possit a fratribus, ne nimia comitina aut summa magni-
tudine ipsi fratres Deo seruientes contristentur. Ita ergo in omnibus agat, tam pium, benignum & mo-
destum, familiae & rebus monasterij in omnibus se praebens, ut suo dignum sit nomine, & pro officio pro-
pter Deum fideliter impleto, mercedem ab ipso recipiat ut iam aeternam. Et autem haec omniata &
inconuulsa omni euo permanceant, chartam hanc inde conscribi feci, & eam sigilli mei impressione co-
munimus. Testes huius voluntatis meae praesentes fuerunt dominus meus Adelbertus Moguntinensis,
Bruno episcopus Argentinensis, Berinbelmus abbas praefati monasterij, & tota congregatio: Adelbon
abbas Dissipodi, Hermannus Praepositus de Schwabenheim, Goswinus de Lurburck, Dudo comes,
Ernestus vice Dominus, Adelbertus Warmundus Scultetus: Henricus Vabricus de Stein, & complu-
res alij. Acta sunt haec anno Dominicae incarnationis M C V. Indiçione tertia, XII. Calendis Se-
ptembris.

Neque ser-
uitia neque
precarias
debet exigi-
re.

Testes hu-
ius volun-
tationis.

Denique pro maiori firmitate bonorum & loci huius praefatus comes Megenhar-
dus Henricum Imperatorem huius nominis quartum, regem vero Romanorum quin-
tum adiit, & confirmationem praemissorum impetrauit talem:

Copia priui-
leij & con-
firmationis.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis: Henricus diuina fauente clementia Romanorum
Imperator Augustus, omnibus Christi & nostri fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse vo-
lumus, qualiter Megenhardus comes de Sponheim, assentiente & cooperante Mechtilde uxoris suae,
superna aspiratione motus pro sua suorumque salute & incolumitate, monasterium in suo comitatu fun-
dauit, in honorem sanctae Mariae semper virginis, & sancti Martini episcopi, quod de suo patrimonio
legitime dotauit, instituens in eo viros religiosos, qui sub regula S. Benedicti, & abbate, omnipotentem
Deum perpetuis futurisque temporibus collaudarent, & pro ipso & progenitoribus suis preces fundere
deuotas: Ius etiam aduocati, quo eos post mortem suam voluit esse liberos ab omni seruitio, exactione pre-
caria, & quibuslibet alijs oneribus & grauaminibus, fecit conscribi & suo sigillo communiter tradidit
abbati & fratribus eiusdem monasterij, quod etiam dicitur Sponheim. Quae omnia Adelbertus archie-
piscopus Moguntinus, in cuius parochia monasterium ipsum constructum est, banno suo confirmauit.
Unde praefatus comes Megenhardus ad maioris stabilitatis augmentum a nobis postulauit, opus iam
sanctum & pium, nostra imperiali autoritate confirmari, ne qua maleuolentia posterorum quae in-
firmari: eo quod saepe beneficia maiorum mutantur, succedentium iuniorum prauitate, si non fuerint
imperiali maiestate confirmata. Et quia nos diuina miseratio ad regni solium prouexit, ut ecclesiae ac
monasterijs in regno nostro constitutis, regali prouisione consulamus, eorumque iura & possessiones ab
omni iniuria tueamur: eandem ecclesiam seu monasterium in Sponheim cum omnibus rebus, posses-
sionibus, iuribus ac proprietatibus sub tutela ac protectione regiae defensionis nostrae & Romani imperij
perpetua

Monasterium
Sponheim
sub imperia-
li tutela re-
cipitur.

perpetua

perpetue suscipimus. districte inhibentes tam presentibus quam futuris. sub pena criminis lese maiestatis imperialis. ne quis molestiam. iniuriam vel damnum aliquod inferat dictae abbacie de Sponheim. quam omni libertate gaudere volumus. qua & cetera abbacia in regno nostro gaudere noscuntur. in rebus. personis. familia. proprietate. donationibus factis. seu in futuris. rite faciendis. Aduocatus autem qui pro tempore fuerit. si legem sibi a sepe dicto comite Megehardo constitutam. temere transgressus fuerit. usque tertio admonitus per archiepiscopum Moguntinum. abbate querelam contra eum faciente. si non emendauerit. tali honore priuetur. & alius qui vilis sit ecclesie. de consilio & assensu abbatis fratrum subrogetur in locum eius. Ut autem hac charta perpetuo inconuulsa permaneat. neque cuiusdam temeritas labefactare presumat. imperiali auctoritate & banno nostro eam roborauimus. manaque nostra notatam sigilli nostri impressione muniuimus. Datum VI. calend. Martij. anno Dominice incarnationis MCCXXV. Indictione tertia. Anno XXVI. ordinationis Domini Henrici Quinti regis Romanorum. regni autem XIX. Imperii vero eius XV. Actum est Moguntie. In nomine Domini Amen.

Bernhelmus quoque abbas. anno institutionis sue tertio omnium premistorum confirmationem. cum certis quibusdam alijs priuilegijs a sede apostolica impetrauit. quorum copiam & rescriptum. quoniam id series exoptulat ordinis. presentibus inferemus.

Honorius episcopus. seruus seruorum Dei. dilecto filio Bernhelmo abbati monasterij S. Martini in Sponheim. ordinis sancti Benedicti. Moguntinensis diocesis. eiusque successoribus regulariter institutendis in perpetuum. Religiosis desiderijs dignum est facilem prebere consensum. Ea propter. dilecte fili. tuis fratrumque tuorum iustis postulacionibus annuentes. presatum monasterium Sponheimense. cui (auctore Deo) presides. sub apostolica sedis tutela & protectione suscipimus. atque presentis scripti pagina communiuimus. decernentes & statuentes. vt regularis vita in eodem loco iam nouiter instituta secundum regulam sancti Benedicti. futuris temporibus inuolabiter conseruetur. Nulli etiam facultas sit. post factam apud nos professionem sine abbatis licentia maioris vel minoris religionis obtentu ad alium locum transficere. Quod si quis contra hanc prohibitionem nostram quocunque tempore in futurum discesserit. nullus abbas vel quilibet audeat eum retinere. Quoties abbate abeunte. de successore fuerit inter fratres ipsius loci tractandum. nullus tibi qualibet surreptionis astutia. seu violentia cuiusvis potestatis siue ecclesiastice siue temporalis. intrudatur. nisi quem fratres communi consensu. aut pars consilij sanioris. secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam de eodem collegio vel de alio si quod absit. idoneum inter se non inuenerint. duxerint eligendum. Porro altarium consecrationem. chrisma. oleum sanctum. benedictionem abbatum & ordinationem Monachorum a diocesis eiusdem parochie archiepiscopo. siquidem gratiam & communionem apostolica sedis habuit. et si ea gratis & absque prauitate aliqua uoluerit exhibere. suscipiatur. Alioquin liceat uobis & posteris uestris. catholicum quem uolueritis adire antistitem. & ab eo consecrationes & sacramenta suscipere. Sepulturam quoque istius loci liberam esse omnino censuimus. vt eorum qui illic sepeliri desiderauerint. nisi forte excommunicati fuerint deuotioni & uoluntati nemo obsistat. Possessiones quoque omnes. quas in isto titulo possidetis. & in futurum quorumcunque oblatione vel deuotione acquiritis. auctoritate apostolica confirmamus. decernentes. quod nulli omnino hominum liceat presatu canobium temere perturbare. aut eius possessiones auferre. vel quomodo libet ablatas retinere. minuire aut aliquibus vexacionibus perturbare. sed omnia integra uestris & pauperum uisibus conseruentur profutura. Si quis autem in posterum archiepiscopus. episcopus. Rex. Dux. vel Comes. aut cuiuslibet ordinis Princeps. seu quilibet ecclesiastica secularisue persona. hanc constitutionis nostre paginam sciens. contra eam temere venire tentauerit. & si non subito satisfactione congrua emendauerit. potestatis honorisque sui careat dignitate. reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. & a sacratissimo corpore & sanguine Domini Dei nostri redemptoris Iesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districte uisioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus. sit pax Domini nostri Iesu Christi. quantum & hic fructum bone actionis percipiant. & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Data per manus Diaconi sancte sedis apostolice. x. cal. April. Indictione quinta. incarnationis 50. tionis Dominice MCCXXVII. Pontificatus nostri anno III.

Foundatione & institutione presentis monasterij tam per sedem apostolicam. quam per auctoritatem imperialem sufficienter confirmatis. monachi qui uenerant de Moguntia locum ceperunt incolere. & mansiones secundum regulam sibi necessarias ordinare. Mechthildis autem uxor fundatoris Megehardi. mulier Christo deuotissima. omnia monachis uitae necessaria praestitit. & in consummandis aedificijs canobij. cooperatrix fidelissima occurrit. Sed iam nunc ad sequentia processuri de primo abbate sumamus initium.

Copia confirmacionis Honorij secundi pape.

Papa monasterium sub tutela sedis Apostolice suscepit.

Ne monachi discendant.

Ne quis abbas non electus canonice inuadat.

Sepultura sit hic libera.

Confirmat papa omnes possessiones huius canobij.

Locus inhabitatur a monachis.

Mechthildis comissa.

111

cum locum & habitum
ruitio grauari. Et non
et. aliquam in rebus mo
as Bernhelmo primo ab

gratia comes de Sponheim.
uris: quod cum senior uisus
illam Sponheim postquam in
illud perficere commiserat.
mitis Rodolphus pro remedio
ulam S. Benedicti postquam
suis liberum. perpetuo in
e sedis. tradidit ad abbatem.
in quam mensam esse colat.
zenacht. & post eum tempore
ad uocacionem praefati mona
as. quibus tutor & defensor
us deferat querelam contra
endare. Quod litteris de
uris monasterij factis. pro
trum. illum amouere. & in
necessarium abbati & fratri
tutandi oportuitate neque
tando grauet. neque seruicia
id placitum publicum uoluerit
suis atque uenerit. si cetero
mittitina aut summa in regni
pium. benignum & no
it nomine. & pro officio
t autem hac omnia dux
sigilli mei impressione
deliberis Moguntinensis
tota congregatio: Adalbertus
de Lurdburck. Dudo comes.
alricus de Stem. & complures
tertia. XI. Calendas Se

fatus comes Megehardus
ero Romanorum quis

ante clementis Romanorum
presentibus notum esse
ante Mechthildis comissa
asterium in suo comitatu
opi. quod de suo patrimonio
s. & abbate. omni potestate
toribus suis preces. fundatorem
mni seruitio. exactioque
sigillo communitatis tradidit
e omnia Adalbertus archie
e est. banno suo confirmat.
a nobis postulant. quoniam
lentia posterorum querelam
m prauitate. suum futurum
lium pronouit. ut ecclesiam
nque iura & possessiones
im omnibus rebus. postquam
nostra & Romani imperij

re. aut eius possessiones auferre.
vel quomodo libet ablatas retinere.
minuire aut aliquibus vexacionibus
perturbare. sed omnia integra uestris
& pauperum uisibus conseruentur
profutura.

Si quis autem in posterum
archiepiscopus. episcopus. Rex. Dux.
uel Comes. aut cuiuslibet ordinis
Princeps. seu quilibet ecclesiastica
secularisue persona. hanc constitutionis
nostre paginam sciens. contra eam
temere venire tentauerit. & si non
subito satisfactione congrua emenda
uerit. potestatis honorisque sui careat
dignitate. reumque se diuino iudicio
existere de perpetrata iniquitate
cognoscat. & a sacratissimo corpore
& sanguine Domini Dei nostri redemptoris
Iesu Christi aliena fiat. atque in
extremo examine districte uisioni
subiaceat.

Cunctis autem eidem loco iusta
seruantibus. sit pax Domini nostri
Iesu Christi. quantum & hic fructum
bone actionis percipiant. & apud
districtum iudicem premia eterne
pacis inueniant. Amen.

Actum est Moguntie. In nomine Domini Amen.